



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Octonarius XX. Res. Vide humilitatem meam, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*In ualido vita munera larga mihi.
Turba cauillatrix in me conuitia vibrat,
Non tamen à recto tramite flecto pedem.
Viue Deus, veris tu differis omnia verbis:
Tu mihi vicinus, proximus esq; mihi.
Fundamenta tui sermonis sunt ita iacta,
Ne queat hunc rapidus turbo mouere loco.*

Octonarius XX.

R E S.

Vide humilitatem meam, &c.

XIsto ceu, ærumnis variis exerceor ipse,
Me memorem verbi respice, quoſo, tui.
Vindic te victrix tandem bona causa triumphet,
Tu mihi promissam, mi Deus, adfer opem.
Nulla salus furiis contingat, & omnibus istis,
Qui tua pro libito ſpernere iussa ſolent.
Nullius eſt Domini bonitas effabilis ore:
Hac lapſum recreet me bonitate ſua.
Sunt inimicorum iam millia multa meorum,
Leges deſtituo non tamen inde tuas.
Adspicienſ turbam, quæ sancta ſtatuta Ichouæ
Despicit, afficioſ ſaþe dolore graui.

Ecce

*Eccet uas leges scutor, me tu erige lapsum,
En tua pacta sequor, me recreare velis.
Nil nisi vera sonant tua mystica verba, Iehoua,
Perpetuo Domini tempore sermo manet.*

Octonarius XXI.

S C H I N.

Principes persecuti sunt me, &c.

*Y*Δεοι ceu, saui proceres vt me sine causa
Affligant, metuit cor tua iussa tamen.
Non aliter Domini oblector sermone salubri,
Quāsi contingat præda petita mihi.
Detestor fraudes, fugio mendacia vana,
Est mihi perpetuò lex tua dulcis amor.
Nam tibi quotidiè sacra septenaria canto:
Usq; adeò tua sunt suavia iussa mihi.
Qui mandata colunt tua, dulci pace fruentur,
Florebuntq; diu, qui tua iussa tenent.
Promissam Domini verbis expecto salutem,
Vt semper famulus sim mane amq; Dei.
Mens mea mandatis Domini contenta quiescit,
Hac amat, hac seruat, suspicit atq; colit.

In sisto